



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLIII. De Bello fratrum in castro Wartenberg, & morte plurium
Christianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CLIII.

*De**Bello fratrum in castro Wartenberg,
& morte plurium Christianorum.*

Fuit castrum quoddam in terra Colmensi, in quodam monte dicto Wartenberg sito in medio stagni, trahens nomen suum ab eodem monte, in quo fratres cum multis armigeris habitabant. Et accidit quādam die dominicā, quando populus de vicinis villis esset in solatio & choreis, supervenit quidam exercitus de Sudovvia improvisè & totum illum populum interfecit, mulieres & parvulos secum dicens.

CAP. CLIV.

*De**Expugnatione castri Wartenberg.*

Quoiescunque & quantumcunque gentes istae de Christiano sanguine funderent; non tamen à persecutione cessabant. Utebantur enim totis viribus, ut eos usque ad interitum delerent; Undē Sudovitæ congregato iterum exercitu majori venerunt ad castrum Wartenberg, & post multas impugnaciones & duras, fratribus eis pro sua possibilitate resistentibus, tandem ipsum cremando funditus destruxerunt, duos fratres cum tota familia occidentes, & sic dictum castrum in præsens remanet desolatum.

CAP. CLV,

*De**Destructione castri Birgelau.*

(a) Cri-

